

est, si suo aspectu, voce, aut gestu ad libidinē provocarit. Ingemiscet quidem ad hęc infirmus: quomodo enim quis eruto oculo, absēsa dextrā, & præciso pedē non ingemiscat? Circa quod sic P. Cornelius in citatum locum *Matth. 5.* scribit: *Concupiscentia refecanda adeo vivaciter & tenaciter oculis, & corpori, immo & ipsi animæ inherēt, insteque sunt, ut sine ingenti vi & doloris sensu auelli nequeant: quare qui eas refecant, ita dolent, quasi ipsum oculum, vel dentem sibi eruerent.* Norunt hoc experti: inde dicitur mortificatio quod mortis sensum, doloremque pariat. Sic ille. Ingemiscet profecūdo, & mortis quidem sensu, vbi mulier non est; sed ingemiscat; & mortis sensu: nam melius est sic ingemiscentem in vitam intrare, quā lenimentis mulierum temporalis peccati, vt Apostolus loquitur, habentem iucunditatem, ad tenebras exteriores, vbi æternus erit gemitus, & stridor dentium, irruocabili iustissimi iudicis sententiā condemnari. Quā erit terribile vocem eius, & aliorum insultantium audire, dicentium. *Vlulate Pastores.* Videatur Dom. Villaroel visus à me post hęc scripta *Parte 1. Pacificæ gubernationis Quæst. 2. Art. 6.* Vbi circa materiam præsentem latè & eruditè discurret.

C A P V T IV.

Parochi Indorum quam habeant specialem obligationem circa Sacramentum Baptismi.

Afferio 1. Circa Baptismum infantium obligari sub mortali Indorum Parochos.

Dico primò. Parochi Indorum tenentur sub reatu lethalis peccati curare vt infantes quamprimum possint baptizentur. Cuius ratio est, quia periculum speciale circa illos imminet, ne sine Baptismo decedant: incuriosè enim illi tractari solent & cum parentes ebrietati sunt dediti, aut opprimi à dormientibus possunt, aut eorum vitæ periculum minimè deprehendi. Non tamen propterea statim à natiuitate baptizandi sunt, quia id cum solemnitate fieri commodè nequit, & eam semper omitti non est conueniens. Illud tamen obseruandum semper, vt quoties parentes infan-tem baptizandum ad Parochum deferunt eò quod eorum iudicio periclitari videatur, Baptismum non differat, eò quod ipse non periclitari censeat, etiam si illius sit solemnitas omittenda. Ratio est clara tum ob periculum generale, de quo dictum; tum quia repulsi solent filios secum in remotiores stationes adducere, vbi vel mori cotingat vel vitam sine Baptismo ducere longiorē. Vnde & Sacerdotes, quibus in ipso itinere paruuli baptizandi offeruntur, eos baptizare debent, & si non longè absit Parochus, dum mortis periculum repræsentant: neque enim reiecti ad Parochum ibunt, & id accider, quod dudum de repulsi à Parochis dicebamus. Religiosi autem id facilius præstare possunt ob priuilegium ipsorum. Admonendi tamen Parochi, vt bene obseruat Dom. Reyna *Tomo 2. de Prælato per se Lib. 3. Tract. 2. Cap. 6.* de quo, & nonnullis aliis materiam præsentem concernentibus, videnda quæ diximus *Titulo 12. Cap. 8.*

Afferio 2. de obser-

60 Dico secundò. Circa Patrinus id obser-

uandam quod Concilium Limese Tertium de- uandis circa Pa- cernit *Art. 2. Cap. 9.* in Prouincijs quidem, vbi trinos. illius viget auctoritas ex obligatione inde ortā; alibi ex ratione congruitatis, quia Decretum magnam præferet conuenientiam. Sic ergo ibi: *Conuenit impedimenta, quæ ex cognatione spirituali oriuntur, Indis quoad fieri potest detrahere; ne ignorantes (quod sæpè accidit) in gradibus illius coniu- gantur. Eam ob causam, & in superiori Synodo, & in hac commodum visum est, vt in quouis populo, aut Parochia Indorum, certus sit designatus Patrinus vel Susceptor, qui baptizandos de fonte leuet: sed hunc designare pertinet ad Ordinarium, qui etiam plures, vt induauerit expedire, pro numero state populi poterit constituere: ita tamen vt certi sint & quorum fidei pos- sit institutio spiritualium filiorum committi.* Sic Con- cilium. Quod quidem cum vnica tantum affe- rat sic statuendi rationem, eā sublatā, videtur ob- ligatio obseruationis cessare, iuxta comunem doctrinam, de qua sæpius est à nobis dictum. Est autem ratio, *Ne ignorantes (quod sæpè accidit) in gradibus illius coniu- gantur.* Atqui ignorantia ista potest facile præcaueri, debent namque Pa- rochi Baptismi librum habere, in quo scribendi sunt Patrini, vt dictum *num. 7.* Cum ergo ex il- lis cognatio spiritualis constet, non apparet pro- babile coniunctionis incestuosæ periculum. Præ- terquam quod Patrinis, suo cum funguntur offi- cio, à Parochis cognatio, quam contrahunt, de- claranda est. Si ergo contra prohibitionem fece- rint, non ignorantes iam, vt Concilium loquitur, sed scientes & volentes in iura Ecclesiæ de- linquunt.

Concilium Lim. 3.

Videri ces- sare obli- gationem Decretis, cessante ra- tione.

Defenditur tamen.

61 Nihilominus stare potest determinatio dicta, quia vel Parochi instructionem præfatam minis exactè perficiunt, vel Indi illius obliuif- cuntur: succedentibusque Parochis, quæ ab alijs acta sunt, in promptu non habentur, neque li- bri pro casuum occurſu consistuntur. Quibus addi etiam potest à Concilio rationē aliam sub- jungi spiritualis institutionis, pro qua non multi capaces inueniuntur. Et licet, vt ait P. Suarez *Tomo 3. in 3. p. quæst. 67. in Commentario, Art. 8. s. 1.* inter Catholicos rarò vrget obligatio dictæ in- stitutionis, quia ab ijs apud quos baptizati edu- cantur, illius cura suscipitur; & in populis etiam Indorum, in quibus Parochi resident, peculiaris circa hoc cura sit: quia tamen non semper illa exacta est, & plures etiam sunt populi ad vnā Parochiam pertinentes, in quibus Parochus re- fidere nequit; conuenientissimum fuit vt erga Pa- trinos id, quod est propositum à Concilio sta- tueretur. Id autem quā sit generaliter conue- niens statim apparet, vt & generaliter debeat tale aliquid obseruari. Non videtur autem omnino necessarium vt Patrini ab Ordinarijs assignentur, quandoquidem Parochis sufficiens circa hoc no- titia est, & cum Episcopi non ita frequenter, vt opus erat, Parochias visitent, nequit ab ipsis pec- cularis ista prouisio, quæ inter minutiora com- putatur, expectari. Addo non videri prohibi- tum à Concilio, quominus assumi interdum alijs Patrini possint, sic parentibus rogantibus, si illi bene instructi sint, & præsertim si parentes ex nobilioribus sint, quibus & nobiles etiam Patrini pro filijs consentanei sunt, & quos ipsi non eru- bescant Compadres appellare.

Obligatio Patrinorum communiter cessat.

62 Dico

Afferio 3. Cura sub lethali populi, in quibus Pa- rochi non resident.

Baptizati in abſen- tia Pa- rochorum quæ il lin- guæ factu- ri.

Afferio qua Er. Ioan Ba- ptista circa Baptismum.

62 Dico tertio. Parochi Indorum sollicitè providere debent, & sub lethali culpa grauami- ne, ne in populis, in quibus non resident, aliquis sine Baptismo decedat. Ratio est clara: quia damnus est maximum & irreparabile, & ad Re- ctoris officium in primis spectans. Id vt caueatur, solent Indorum Parochi aliquos bene in- structos formam Baptismi docere, & alia ad ip- sius substantiam necessaria, vt si casus necessita- tis incidat, se non expectatis baptizent. Formam autem non latinè, sed proprio Indorum idioma- te proferendam tradunt, & scriptoriam in portā Baptistery affixam, quia Sacristæ legere & scri- bere non rarò sciunt. Vnde non probandum quod ait Fr. Ioannes Baptista in *Animaduersionibus pro Confessarijs Indorum sol. 225. pag. 1.* quod si sint in populo aliqui Indi callentes linguam Latinam, eis tradant Parochi tale officium, & faci- ant eos in scriptis seruire modum, quem de- bent inter baptizandum habere. Vbi quidem non videtur loqui de callentibus quoad intelli- gentiam. Vbi enim tales? Cum præsertim de il- lis agamus, qui in ijs populis resident, vbi Pa- rochorum præsentia deficit. De callentibus ergo quoad modum pronuntiationis loquitur, Mo- nialium instar, quæ Latinè legunt & cantant: & tunc non videtur conueniens, quia picarum, aut psittacorum more pronuntiant. Vnde melius est vt suo id faciant idiomate; sic enim dicunt, quod mente percipiunt, & ita dignius Sacramentum administrant. Quod vtilissimum monitum tradunt D. Antoninus, Cardinalis Toletus, P. Sua- rez, & P. Sa, quos adducit & sequitur P. Quintana- d. *Tomo 1. Tract. 1. Singul. 7. in fine, & alij.* Non dubito tamen Sacristam bene instructum, & qui non solum benè Latina verba pronuntiat (& sunt qui pronuntiant multi, Europæis plurimis cultiores) sed etiam intelligat, licet alias Latinæ linguæ ignarus, magisterio Parochi, aut alterius, posse Latinè baptizare: quod & videtur magis expediens, quia sic etiam magis ad Ecclesiæ ritum accedit, digniorque de re, quam agit, conce- ptus ab eodem efformatur.

63 Addit autem præfatus P. Baptista alia, circa quæ oportet aliquantulum immorari, sic enim *num. 48.* scribit: *Indorum Parochus in populis, quos vocant de Vista, designet aliquos Indos, & eos instruat vt possint baptizare tempore necessitatis, ne forte paruuli abortiuu, vel infirmi sine Sacramento Baptismi discedant. Et illi sint acrores ingenio, & qui num- quam inebriantur, quos sæpè requirat de modo, quo baptizant, etsi defectum nullum inueniant in Baptismo commississe, non curent eos denudò baptizare. Faciant etiam vt eluciant actum coram ipsis volendi semper fa- cere, quod facit Ecclesia, quoties eos baptizare contige- rit, quia hæc intentio sufficit, vt dicunt Doctores.* Sic ille. Vbi circa id, quod ait de requirendis ijs, qui numquam inebriantur, absque dubio talis est di- ligentia laudanda: sed nescio an facile inuenien- dus, qui nunquam hoc nativo defectu laboret. Sunt quidem multi tales in oppidis Hispano- rum, & in oppidis etiam, in quibus Parochi resi- dent, studio singulari in huius vitij extirpationem intenti: & in alijs tamen res satis dubia est: sed forte qui inueniuntur tales, minis apti ad il- lud erunt ministerium, quia non ita acres inge- nio. Quid ergo tunc faciendū? Optimus ille erit,

qui minimis vrgetur, iuxta Pœtæ sententiam. Quia verò dubium aliquod de fideli administratione tunc punget, etiam si rogatus omnia ritè se pere- gisse testetur non penitus ei credendum, sed sub conditione Baptismus conferendus. Quod quidem iuxta complurium Doctorum sententiam procedit, qui affirmant vnum testem non suffi- cere ad faciendam plenam fidem de Baptismo, si talis sit conditionis vt non sufficiat ad moralem certitudinem, qui videri possunt apud P. Quintanam *suprà Singul. 1. num. 5. & Singul. 3. n. 6.* Pro quo & facit id, quod docet P. Bauny *Tomo 1. Tract. 2. Quæst. 18. §.* Quod autem vbi concludit tunc tantum non iterandum sub conditione Ba- ptismum, cum de illius certitudine leues tantum scrupuli sunt. Quis autem non videat in casu nostro non leues tantum scrupulos inueniri, & s. sequenti id magis explicans, addit tunc leues scrupulos non esse, cum iustam dubitandi causam conditio baptizantis suppeditat, vt quia ratio- nem rarò ad consilium adhibet, sed temerè ac in- consultè agit multa, cum sit præcoci ingenio; ob quam causam non est improbabile temerè etiam & inconsultè, ac proinde sine intentione debitā, aut in formæ applicatione peccasse; & generaliter quia rationes sunt vtriusque verosimi- les. Quæ quidem casui præsentis possunt penitus adptari.

Baptismus ab Indis collatus sub condi- tione repe- ten sus.

P. Bauny notanda doctrina.

64 Si verò res ita se habeat, vt Indus Ba- ptismi minister, non solum ebrietati deditus non sit, sed neque vnquam ebrietati succumbat, & rogatus de modo traditi Baptismi, nullum in eo Parochus defectum inueniat; tunc quidem mini- mè iterandum Baptismum citatus Auctor affir- mans, videtur rem extra quæstionem positam ar- bitrari. Quod quidem iuxta eorum conscientiam procedit, qui id de obstetricibus sufficienter in- structis, & alijs, tum viris, tum feminis, asserunt, dum requisiti à Parocho rationem sui facti red- dunt, in quo nihil ad substantiam pertinentis pos- sit desiderari. Pro quo cum Auctores adducat P. Quintana. *Singul. §. num. 1. ac 2. & seqq.* probet omnes ferè baptizatos domi, aut generaliter extra Ecclesiam à personis laicis, baptizandos iterum sub conditione: addit *num. 9.* obstetri- cem posse adeo bene instructam esse, & diu ex- pertam in administratione Baptismi, vt nulla præ- sumptio vel suspicio haberi possit de illo: secus de parentibus & cognatis. Iuxta hæc ergo vide- tur idem de Indo dicendum, cum & benè instru- ctum & expertum in talibus supponamus. Sed est certè quod obſtet: nam gens ista valde est ad mendacia procliuus, vnde Indorum testimonia, etiam si iurati deponant, exiguam merentur fi- dem, vt vidimus *Titulo præced. n. 29.* In re ergo momenti tanti non est illis ita credendum, vt ba- ptizati salus periclitetur. Pro quo est Canon 84. sextæ Synodi in Trullo sic determinans: *Quoties non inueniuntur firmi testes, qui eos absque vlla dubi- tatione baptizatos esse dicant, nec ipsi propter etatem de sibi tradito mysterio aptè respondere possunt debere abs- que vlla offensione baptizari, ne forte eiusmodi dubita- tio eos purificationis sanctificatione priuet.* Sic ibi. At- qui Indi non sunt testes firmi; non ergo est illis plena adhibenda fides.

Quid de obstetricibus.

Sexta Synodus.

65 Pergit citatus Auctor, & sic addit: *Dato etiam quod Indus sic instructus non bene baptizasset,*

Sine Ba- ptismo ritè

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

si parvulus ad annos postea deveniret discretionis, optime possit saluari, quia pro baptizato se haberet, ut patet. Cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur, secundum Alexandrum Hallensem, & S. Thomam, ut pie creditur. Namque si sic baptizati deberent iterum baptizari sub conditione, sequeretur quod baptizati ab obstetricibus, essent sub conditione baptizandi, cum sint illiterati, & facilius possunt errare in forma, quam isti Indi: quod tamen fieri non arbitror. Sic ille, qui in eo quod de obstetricibus ait, qualiter sit admittendus, iam diximus, sicut & Indos minori esse dignos fide. Id autem, quod de eo ait, qui Baptismum non verè suscepit, neququam admittendum, nisi quatenus, dum pro baptizato se gerit, votum Baptismi conceperit per verum actum fidei, & contritionis, aut amoris Dei super omnia sufficientis ad iustificationem, siue illius forma, siue tantum dispositio sit. Baptismus enim in re, vel in voto est omnino necessarius ad salutem, ut definit Concilium Tridentinum Sessione 7. Canone 5. de Baptismo verbis illis: Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit. Et hæc est receptissima sententia Theologorum, neque oppositum turè defendi potest; tum ob præfatam Concilij definitionem, tum ob multa alia, quæ adducit P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 27. Sect. 1. & 2. & alij, quibus ex novioribus addendi P. Bauny Tomo 1. Tractat. 1. Quæst. 20. P. Martinon Tomo 4. Disputat. 24. Sect. 5.

quia cum Presbyter accepit suo ipsius iudicio Sacramentis decesserit, congruam fuit credendum dispositionem adhibitam ab ipso, sicut & Iudæum eam, quæ ad Baptismum necessaria est, cum iustificationis efficaci desiderio teneretur, unde actio illa inconsulta resultavit. Verba illa notentur: *Asserimus incunctanter, protinus euolasset: quæ omnem dubitationem excludunt; cum tamen de contritione perfectâ non fuerit obitum iudicare.* Negat id P. Suarez Disputat. 8. Sect. 1. s. Ad rationem, probans non sufficere attritionem cum expresso voto, quod & alij communiter tenent. Sed, ut dixi, prædicti Canones non parùm vigent pro contraria positione, unde illa non est verè penitus improbabilis refutanda. Et Concilium Tridentinum Sessione 14. Cap. 4. definiens quod licet, *sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit: non videtur esse contrarium: nam de Sacramento tantum Pœnitentiæ ibi est sermo; cum tamen in Sacramento Baptismi alia esse ratio possit, eò quod illud est ianua aliorum, & minorem cognitionem rerum diuinarum peti; cum tamen in iis, qui iam baptizati sunt, maior supponatur, & ita maior etiam dispositio ad iustificationem sine Sacramento Pœnitentiæ requiratur.*

68. Iam quod de paruulis à citato Auctore dicitur, minimè probandum est, & pia illa credulitas reiicienda, quæ iuxta fidei regulas nullâ ratione procedit. Errat sæpè pietas talis, quæ dispositiones diuinæ prouidentia, iuxta desiderij sui vana commenta metitur. Vnde D. Augustinus Lib. 1. de peccatorum meritis & remiss. Cap. 23. ita circa præsentem causam scribit: *Nulla ex arbitrio nostro salus æterna præter Baptismum Christi promittitur infantibus, quam non promittit Scriptura diuina humanis omnibus ingenij præferenda.* Stat generalis Christi sententia Ioan. 3. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Cui innixa Concilia, sacri Canones, & Patres ita pronuntiant, ut Baptismus re, aut voto, necessarius sit ad salutem: Atqui infantes, qui sine Baptismo decedunt, nec re, nec voto, illum suscipiunt; ergo in Dei nequeunt regnum introire. Si dicas votum quidem posse dari, sed non in illis, benè tamen in parentibus, aut alijs eorum curam habentibus, idque videri sufficiens; quia sicut paruuli alienâ in alijs reguntur voluntate, quæ ut propria reputatur, ita & in hoc sufficere debet, in quo maximum illorum bonum situm est; quæ fuit sententia Caietani 3. p. quæst. 68. circa artic. 2. addentis votum hoc aliquo exteriori religioso signo manifestandum, quando nequit reipsa Sacramentum applicari. Si inquam dicas, in primis citatus Auctor, cum quo est controuersia, minimè se opinione Caietani tuetur, sed Alexandri, quam non benè attribuit D. Thomæ, cum S. Doctoris diuersa valde sententia sit, ut videri potest apud P. Suarium Disput. 27. Sect. 3. s. Dico primo. Quod si cum Caietano sentire libeat, illius quidem sententia iam pridem ab scholis relegata est, nec securè defendi potest, quia sine solido fundamento, in lege vniuersali Christi, ut ab Ecclesiâ intellecta est, exceptionem valde generalem & regularem ac indeficientem affirmat, scilicet: *Nisi quis renatus fuerit, &c. præter*

Neque esse improbabile, licet communis sententia sit contraria.

Baptismi, Pœnitentiæ Sacramenti diuersa pro ratio.

Paruulos siue Baptismo saluari nullo modo admittendum.

D. August.

Ioan. 3. v. 5.

Votum pœnitentiæ sufficere, sententia Caietani, quæ refellitur.

ter eos, qui voto susceperint proprio, aut alieno, cum per se non possunt. Cum tamen votum vnus pro alio apud Concilia, Patres, & communem Ecclesiæ sensum minimè reperitur. Quod doctè profequitur P. Suarez supra, dicto secundo, affirmans sententiam Caietani ad minus esse temerariam & errori proximam, & ita meritò à Pio V. ex Commentarijs in D. Thomam expungi iussam: quamquam, ut ait P. Martinon Disput. 24. citat. num. 49 in quibusdam adhuc exemplaribus Romæ non culis inueniatur. P. Lessius de Baptismo quæst. 68. num. 19. fidei proximam Caietano contrariam iudicat assertionem, unde & illam censere videtur erroneam, & P. Arriaga Tomo 7. Disput. 24. num. 34. ait esse erroneam, si non omnino hæreticam, ut Sotus asseruit in 4. distinct. 5. quæst. vnicâ. art. 2. pro quo & videndus P. Dicastillus Tomo 1. de Sacramentis, Tractat. 2. Disput. 1. num. 297. Licet P. Mazarinus Tractatu de Baptismo, Disput. 7. Sect. 2. num. 4. nullam notam peculiarem ioueat, præter mandatum Pij V. & P. Becanus infra, numer. 1. solam temeritatis. Et quidem ille fidelem D. Thomæ non egit interpretem, in eo enim articulo S. Doctor nullum aliud Baptismi votum agnoscit, nisi illud, quod propria concipitur voluntate, per desiderium, in quo fides per charitatem operatur.

69. Quod verò ad sententiam Alexandri attingit, ita reuerà est eum in illâ fuisse, quam & Altifiodorensis tenuit, & Syluester apud P. Suarium supra, s. 1. Tabiena; Armilla, Gabriël, Durandus, apud P. Filiucium Tomo 1. Tractat. 1. Cap. 5. numer. 80. Bartholomæus ab Angelis in Exam. Confessor. de Sacramentis, Dialogo 1. s. 31. qui asserunt, cum Sacramentum administrari incipit, & aliquis in tali administratione defectus committitur, à Deo illum suppleri. Quod & D. Bonauentura, Gabriël, & Garson apud P. Suarium ita tenent, ut dicant legem vniuersalem pro eo non esse, sed quod generalis lex à Christo lata locum priuilegio relinquat: cui autem illo frui contingat, eum scire solum, qui gratiam facit, & cui voluerit ipse reuelare: circa quod negare non possumus Deum hac in lege, sicut in alijs, posse dispensare, & priuilegium pro sua voluntate bonâ, beneplacite, ac perfectâ concedere, sicut in alijs accidit, pro quibus generales leges sunt: quod autem aliquoties ita contingat, impro & sapius, ut citati Auctores existimant, sine fundamento dicitur. Quemadmodum circa immunitatem à peccato originali in conceptione philosophandum est: licet enim Deus priuilegium alijs concedere possit, quod Virgini concessit, illud tamen reipsa concessum aut concedendum, temerè quisquam affirmauerit. Sicut aliquos ex infantibus, qui sine Baptismo decesserunt, & locum pœnalem habent, educendos inde, & in gloriam subuehendos. Aut quosdam, qui pro peccatis nò satisfecerunt in vitâ, morientes ad cœlum statim euehi, Deo pœnam plenariè remittente. Videndus P. Suarez supra, dicto 2. vbi temerarium esse ait si quitquam, seclusâ speciali reuelatione, infantem aliquem sine Baptismo saluari sit ausus affirmare: & similiter loquitur P. Becanus quæst. 5. de Baptismo, num. 3. P. Dicastillus numer. 298. & alij. Quam notam non effugiet, qui om-

Illius Censura.

Deum in scitiam & malitiam supplere Ministri quorumdam sententia.

Quam moderantur quidam.

Omnis re scilicet.

Sententia præfata Censura.

nes Indorum infantes non ritè ob ministrorum inscitiam aut malitiam baptizatos, in regnum dixerit cœlorum intrare. In quò quidem dicendi modo mera hallucinatio est: cum enim non recipientibus re aut voto Baptismum ianua cœlestis claudatur, & qui ex inscitia aut malitiâ ministri irrite baptizatur, neque re, neque voto Baptismum recipiat: unde potest colligi aperiendam illam tali substantiali defectu non obstantem? Si dicatur inde colligi: quia non debet inscitia aut malitia ministri, Dei sapientiâ & bonitate in hoc potior esse negotio. Tunc sic. Ergo si minister nihil erga administrationem faciat, sed ab ea prorsus abstineat, sciens aut nesciens, incuriosè aut malitiosè, nihilominus saluabitur infans, quia in eò casu eadem præualet ratio. Hoc autem quis audeat pronuntiare? Nihil ergo circa hoc probabiliter dici potest, quidquid dicat P. Valentia Tomo 4. Disput. 3. Puncto 3. vbi ita scribit: *Probabiliter arbitrantur Theologi, Deum in infantibus supplere defectum ministri, quando hic malitiosè subtrahit intentionem; & in adultis eundem defectum ministri supplere per deuotionem & fidem ipsius susipientis.* Sic ille, contra receptissimum iam Theologorum sensum, ut notauit P. Elicobar de Mendoza Tom. 2. P. Mazarinus supra, n. 423. & hoc quidem quoad paruulos: quoad adultos verò id stare potest iuxta dicta num. 67. & de his latis, ut Parochi circa rectam Baptismi administrationem valde solliciti sint, scientes nullam esse priuilegium Indorum ut sine Baptismo in cœlorum regnum admittantur; neque Parochorum, qui ad hæc & similia somniculosè procedunt, pro ijs, qui pereunt, rationem iudicij seuerissimo reddituri.

70. Dico quartò. Parochi Indorum lethalem culpam admittunt, qui in diebus Baptismi eos ebrietati vacare permittunt, dum Festum volunt sibi lætissimum celebrare. Hoc aliquando contingere exploratissimum habetur. Ingressus noctu Indorum populum, dum iter facerem populares in domo quadam congregatos inueni, & in ijs quosdam penitus ebrios, alios eò properantes. Camque ab vno aliquo, qui fortè egressus, quid hoc esset interrogassem, respondit: hodie Angelulos baptizauimus. Et erat quidem Parochus in populo tunc, sed qui ad hæc nihil profusus mouebatur. Vtinam Dei sit misericordiam consecutus: nam mors eius non diu post superueniens funestis est perditionis omnibus celebrata. Quid ergo? Siccanè est futura celebritas? Cum Salomonis matre respondeo. Proverb. 31. v. 6. & 7. vbi sic ille ex illâ: *Dare sicut am marentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo: bibant, & obtuscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.* Quæ quidem Indis mirifice congruunt, qui dum bibunt, mororis, amaritudinis animi, egestatis, & doloris minimè recordantur. Bibant ergo; sed ita bibant, ut bibentes miseriarum lentimen accipiant, non verò illas maiori alio pergant cumulare. Christiani sunt, Hoc lucrum subiectionis suæ. Sed Christiani non erunt, dum ebrietatis vitium, aut funditus, aut magnâ ex parte non aboletur. De quo aliâ. Cum ergo Christianitatis initium in baptizatis est infantibus celebrandum, absit, absit, quod Christianitati val-

Et efficitur impugnat.

Probabiliter immèritò P. Valentia censuisse.

P. Mazarinus supra, n. 5. à censura abstinet. Et P. Lessius ita esse improbabilem.

Assertio autem Baptismi curandum ne in die inebrietur. Et quale circa hoc in Parochis peccatum.

Prou. 31. v. 6. & 7.

de